

E qual uomo fosse il cardinal Fiorentino, lo sa l'amico, perché a lui fu caro. Se il V. deplorasse la propria sventura, forse a ragione lo si biasimerebbe;

ma questo è universale cordoglio, e perciò otterrà compatimento.

Senonchè ha deliberato di metter al bando i rimpianti inutili, e ora dirà senza lamenti a lui, che bene lo conosceva, i suoi ricordi del defunto.

Alle esequie, è vero, pianse alquanto, ma il suo dolore ormai si placa con la ragione;

imperitura invece gli resterà la memoria del benefattore, dell'amico, dell'uomo sincero e retto.

Lo conobbe dapprima, trent'anni or sono, a Firenze, dove insegnava il diritto canonico;

e fin da allora ci s'era acquistata tanta stima

quaque recentis obitus memoria absque dolore et lacrimis fieri. nosti enim qui vir erat ^(a) Franciscus cardinalis Florentinus, nam et te plurimi faciebat et diligebat inprimis. ego vero, si privatim ^(b) meum spectans ^(c) incommodum dolerem ^(d), quo nescio an ullum gravius morte cuiusquam ^(e) accidere michi in vita posset, arguendus 5 non immerito fortasse ^(f) viderer ^(g), qui mea causa dolerem; nunc vero, cum tam communis est ea ^(h) iactura, ut nullus sit probus aut virtutis particeps creditus qui eius expers ⁽ⁱ⁾ existimari possit, si quis eam defleat, veniam fortasse lacrimis datura sit causa communis. michi vero, qui nec erumpentes in me lacrimas continere 10 novi, nec reconditas extorquere in aliis didici, abstinere propositum est a lamentis, et que de ^(k) illo michi nunc occurrunt, tibi, qui eius plurima ^(l) nosti, absque ulla significatione doloris explicare, praesertim cum inutiles sint lacrimae, quando iam irreparabile damnum est. lacrimas quidem, et eas paucas, funeri ^(m) dedi, quoniam ⁽ⁿ⁾ 15 necesse fuit, neque enim prorsus cohibere me valui: doloris reliquie, si que adhuc resident, quotidie rationis imperio diluuntur; benefactorum vero laudumque memoria apud me perpetua manebit cum vita. nam illius quidem sincere mentis, recti animi, suavissime conversationis atque integerrime vite, que michi per tot annos 20 perspecta sunt, non ante oblivisci quam mei ipsius potero, non antea desinere ^(o) predicare quam me vita deserere ceperit. Florentie illum primum novi ante triginta ^(p) fere annos, cum ibi studiorum causa versarer, ille vero canonica iura traderet ^(r). ubi ^(q) tanti meriti extimatus ^(r) est, ut, cum haberet urbs illa plurimos 25 cives, viros prestantissimos et quovis gradu dignos, tamen hunc

(a) *Mur.* qui erat *V* quis erat (b) *Mur.* privatim (c) *Mur.* spectem
(d) *B G C T V* incomodum dolorem *Mur.* doloremque (e) *Mur.* cuiusque (f) *G Ar V T Mur.* immerito sapientibus fortasse (g) *V om.* viderer - veniam fortasse (h) *Mur.* sit ea (i) *Mur.* qui eius inscius (k) *B G om.* de (l) *Mur.* qui plurima eius
(m) *B P G* funeris *Ar* funere (n) *Mur.* quantum *C Ar V* quoniam ita nec. (o) *Mur.* antea ea des. (p) *B P C G T* trigésimos (q) *Mur.* unde (r) *P Mur.* (a) estimatus

(1) Cf. le note alle epistole I e XXVIII. «Ego Franciscus de Zabarella de Padua, iuris utriusque doctor, incepti legere sextum [Decretalium] et Clementinas in studio Florentino... anno incarnationis Domini 1385, quo

«eciam sumpsi gradum doctoratus in dicta civitate Florentina...» (Cod. Vienn. 5513, c. 200B; presso G. ZONTA, *Francesco Zabarella* cit., p. 6). Lo Zabarella insegnò per l'ultima volta a Firenze durante l'anno scolastico 1389-90.